



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

60. Quomodo potest constare de hoc delicto? Ex p. 5. tr. 11. res. 52.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)



gatur iste Sacerdos perpetuo ignominiosè peregrinari. In cap. autem *omnis viri que sexus, de penit. & remissionibus*, confirmatur eadem depositionis pena, & additur vt perpetuo detradatur in Monasterium, vnde antiquum illud ius cap. *Sacerdos*, de perpetua peregrinatione per hoc ius nouius cap. *omnis viri que sexus*, sublatum est, & illa pena est in perpetuam reclusionem immutata.

2. Nota tamen quòd neutra pœna, depositionis videlicet & perpetua reclusionis, incurritur ipso facto ante sententiam iudicis, quia ex nullo fundamento constat aliquam ex eis ipso facto incurri. Aliis verò personis distinctis à Confessario, quas etiam sigillo confessionis teneri diximus, non sunt imposita dicta pœnae, vt ex dictis iuribus constat, nec eis sunt puniendi, sed mitioribus, quia in fractione sigilli non ita grauiter peccant, ac Confessarius, quamuis multo grauioribus, quam si solum frangerent secretum naturae iustitiae; & hæc omnia docet Ochagauia de *Sacrament. tract. 3. de sigillo quest. 9. num. 11.* Hurtado de *Sacr. disp. 12. de penit. diffie. 14.* Suarez in *3. part. tom. 4. disputat. 33. sect. 8.* Coninch de *Sacrament. disputat. 9. num. 70.* Praepositus in *3. part. q. 11. de sigillo, dub. 4. num. 39.* & Onuphii episc. de *sigillo, sect. 5. q. 2.*

3. Notat tamen Granado in *3. part. de Sacrament. contron. 7. tract. 1. 1. disput. 8. num. 3.* non infligi supra dictas pœnas ob quamcumque violationem sigilli, sed solum ob reuelationem peccati, de hac enim tantum agitur in iure, quia illa est præcipua materia sigilli; vnde qui solum reuelaret aliquid ignominiosum in confessione cognitum, sed quod peccatum non sit, non incurret illas pœnas, sicut nec ille, qui cum penitente loqueretur extra confessionem de peccatis ab illo auditis, & non petita licentia. Ita Granado, qui etiam addit depositionem istam non solum significare prohibitionem audiendi confessiones, sed etiam cuiuscumque muneris sacerdotalis.

Sup. hoc est  
Hurt in Ref.  
præterito  
cursum ad  
medium §. 1.  
verf. Vade.

## RESOL. LX.

Quomodo potest constare de hoc delicto? Ex part. 5. tractat. 11. Ref. §. 2.

§. 1. **R**espondeo in primis per Confessoris dictum posse constare, alioqui alius coniecturis vtendum, & interdum sufficientes plures testes, quamuis non sint contestes, propter naturam delicti, circa quod vix possunt plures testes contestes, & eiusdem actus inueniri. Quòd si Confessor dicat se habuisse licentiam à penitente ad reuelandum peccatum, & penitens id negat, vt bene notauit Bernardus Diaz in *practica, cap. 109.* in hoc negotio non potest dari certa regula; sed ex qualitate peccati, & istdem circumstantiis personarum, & publicatione delicti præsumptio est sumenda; & ita docet Ochagauia de *Sacrament. tract. 3. de sigillo, quest. 9. num. 12.* Hinc Onuph. *opusc. de sigillo, sect. 5. questione tertia*, sic ait: Vnde in hoc negotio vt rem totam perstringam, illud concludendum videtur, si id, quod opponitur Confessario, vel à penitente, vel à tertia persona non constat, & Confessarius de eo aut non sit conuictus, aut non sit confessus, tunc ex diuersis accidentibus, tum respectu Confessarij, tum respectu penitentis, vel etiam tertiæ personæ, si hæc sit accusatrix, totam rem esse à iudice definiendam, ac concludendam, neque enim in hoc videtur certa aliqua regula tradi posse, sequitur nullo modo probari, quod asserit Vivaldus de *sigillo confess. num. 39.* Confessarium asserentem se non reuelasse confessionem, adducendum esse ad id, vt iuret,

Quoad hoc  
sup. Ref. §. 1.  
vt. ad mediū  
lege eius do  
ctrinam, & si  
placet etiam  
alterius §.  
eius not.

& tunc illi credendum esse; nam, vt diximus, minus quam videtur redigendus in eas angustias; sed potius ex aliis accidentibus iudicandum esse, an simpliciter sit illi credendum. Imò, cæteris paribus, nullo etiam adhibito iuramento, semper præsumendum esse pro Confessario, vt illius simplici dicto sit standum, nisi aliud obstat. Ita ille, quem iudices Ecclesiastici in casu contingenti ne desistant videre, etiam recognoscant Fagundez *pr. 2. lib. 6. c. 7. n. 10.*

## RESOL. LXI.

An Confessarius teneatur dare schedulam peccati, quem non absoluit? Ex part. 5. tr. 11. Ref. §. 2.

§. 1. **H**ic quæstioni respondent multi, & præsertim doctores opinionem esse penes Confessarium dandi, vel non dandi, pro vt maluerit, tum quia non tenetur Confessarius cooperari occultationi peccati, sed qui sponte peccat, sibi prouident de remedio occultationis Parochus enim & quilibet alius Confessarius, qui negat schedulam, vitur iure suo negando illam indignis, ex alia verò parte, quia ex genere suo videtur peccatum mortale contra charitatem proximi prodere eius crimem occultum, & non occultare, quando id facile fieri, & sine detrimento potest proprio aut proximorum, & quia periclitatur sigillum confessionis in hoc casu, vt consideranti patebit: si enim in prædictis circumstantiis Confessarius negat schedulam, clarum manet ex sola præcisa notitia confessionis, & ex negatione schedulae posse huiusmodi penitentes venire in suspensionem apud alios, status actualis peccati mortalis, illiam apud matrem, sodales apud sodales suos, & idè propter hæc rationes pro vtraque parte factas respondet Henricus *lib. 3. de penitent. cap. 2. num. 4.* opinionem esse penes Confessarium vt partem eligeret, quam maluerit, & ait ibi ad marginem *litter. M.* ita affirmasse Doctores omnes Salmantice hæc de re consultos.

2. Sed contrariam sententiam docet Coninch de *Sacram. disput. 9. dub. 1. num. 14.* vbi sic ait: Quando aliqui studiosi, aut famuli alicuius Principis tenentur ferre testimonium suæ confessionis, Confessarius debet hoc dare etiam iis, quos non absoluit, ne testimonium hoc negando, aliquo modo prodatur sigillum, & peccatorum, nec dando illud mentitur, quia tantum testatur eos esse confessos, quod verum est. Ita ille. Et post illum Fagundez *præcept. 1. lib. 6. capit. 4. num. 4.* & Moscolo in *summa, tractat. 7. capit. 15. num. 3.* Vnde non est audiendus Bonacina de *Sacrament. disput. 1. quest. 6. punct. 4.* negantem Confessarium non teneri dare schedulam penitenti, quæ non absoluit.

## RESOL. LXII.

An Confessarius sine fractione sigilli possit manifestare penitentiam, quam imposuit penitenti?  
Et quid, si Confessarius dixisset Coronam B. Virginis imposuisse pro penitentia suo cuidam penitenti?  
Et quid, si penitentia esset vnum Miserere, quinque Pater noster, &c?  
Et aduertitur non bene fecisse quemdam Confessarium: qui cum cuida ob gram peccata, sed ignorata inuenerit in confessione longo tempore publice audire solent Sacrificiū sexis genibus, &c. Ex p. 5. tr. 11. Ref. §. 1.

§. 1. **R**espondeo non posse Confessarium dicere in particulari quam penitentiam imposuit,